



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXVIII. De iniuriis, & damno dato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

Etum, vel illis quibus est facienda restitutio, si praestato sint ipsi, aut alii qui eis possint acquirere, vel eis absentibus loci ordinario, aut eius vices gerenti, siue rectori parochiae, in qua testator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipsa parochia: quibus quidem ordinario, vicario, & rectori, praedicto modo cautionem huiusmodi eorum nomine liceat praesentis constitutionis auctoritate recipere: ita quod illis proinde actio acquiratur, aut seruo publico de ipsius ordinarii mandato idonee de restitutione facienda sit cautum. Ceterum si receptarum usuriarum sit quantitas manifesta, illam semper in cautione praedicta exprimi volumus: alioquin aliam recipientis cautionem huiusmodi arbitrio moderandam. Ipse tamen scienter non minorem, quam verisimiliter creditur, moderetur; &, si secus fecerit, ad satisfactionem residui teneatur. Omnes autem religiosos, & alios qui manifestos usurarios contra praesentis sanctionis formam ad ecclesiasticam admittere ausi fuerint sepulturam, poenae in Lateranensi Concilio contra usurarios promulgatae statuimus subiacere. Nullus manifestorum usuriarum testamentis intersit, aut eos ad confessionem admittat, siue ipsos absoluat, nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum praestent, ut praemittitur, idoneam cautionem. Testamenta quoque manifestorum usuriarum aliter facta non valeant, sed sint irrita ipso iure.

XXVIII.
De iniuriis, & damno dato.

Gregorius decimus in generali Concilio Lug-

M. P.
FRANC.
i præ-
vel eis
anti, si-
coram
us qui-
modo
t præ-
quod
ublico
tione
n vñ-
cau-
aliam
node-
quam
fece-
es au-
arios
faisti-
æ in
alga-
vñ-
sio-
s fa-
bus
cau-
sura-
iplo
Lug-
M. P.
FRANC.
i præ-
vel eis
anti, si-
coram
us qui-
modo
t præ-
quod
ublico
tione
n vñ-
cau-
aliam
node-
quam
fece-
es au-
arios
faisti-
æ in
alga-
vñ-
sio-
s fa-
bus
cau-
sura-
iplo
Lug-
ANNO
CHRISTI
1274.

GREGORIVS LVGDVNENSE II. RVDOLPHVS I. IMP.
P.X. PHILIPPVS III. R. FRANC. 581

dunensi. Etsi pignorationes , quas vulgaris elocu-
tio represalias nominat , in quibus alius pro alio
prægrauatur, tamquam graues, legibus & æquita-
ti naturali contrariæ , ciuili sint constitutione pro-
hibitæ , vt tamen earum prohibitio in personis ec-
clesiaстicis tanto amplius timeatur , quanto in illis
specialius inhibitentur , eas concedi contra personas
prædictas , seu bona ipsorum , aut quantumcum-
que generaliter , prætextu cuiusvis consuetudinis ,
quam potius reputamus abusum , forte concessas ,
ad illas extendi præsenti decreto districtius inhibemus. Illi autem qui contra fecerint , aduersus
personas easdem pignorationes seu represalias con-
cedendo , vel extendendo ad eas , nisi præsumptio-
nen huiusmodi reuocauerint , a concessionis vel
extensionis tempore infra mensem , si personæ sin-
gulares fuerint , sententiam excommunicationis in-
currant : si vero vniuersitas , ecclesiastico subiaceat
interdicto.

X X I X.

De sententia excommunicationis.

Gregorius decimus in generali Concilio Lug-
dunensi. Constitutionem felicis recordationis In-
nocentii papæ IV. prædecessoris nostri , quæ pro-
hibet participantes excommunicatis ea participa-
tionem , quæ solam minorem excommunicationem
inducit , monitione canonica non præmissa , ma-
iori excommunicatione ligari , decernens promul-
gatam aliter excommunicationis sententiam non
tenere: ad tollendum omnem ambiguitatis scrupu-
lum , declarantes , decernimus ita demum moni-

In Concilio
Lugdunensis
cap. 11.

D d d iij